

nibus in forma extrajudiciali, ac more mercantili potius istae quæstiones finem per viam concordiae habere solent, adeo ut raro ad hoc Tribunal transeant decidendæ propter de iure.

Dictæ verò quæstiones retractuum, vel aedificiorum, & seruitutum, primam habent instantiam in simul iunctis Tribu-
36 nalibus Camerarij, & Aëdilium; Secun-
dam coram Præside viarum; Et ab isto in
tertia ad Cameram, ideoque intra dictas
duas instantias cause frequentius finem
obtinent.

Inter alias autem prærogatiwas, & utili-
tates, quas obtinent omnes illi, qui sedet
37 in Camera, ut supra, siue sint Clerici, si-
ue alij officiales, qui sub nomine Cameralium
appellantur, ea est notabilis, exem-
ptionum, & franchitiarum à gabellis, &
dohanis, alijsque publicis oneribus, quo-
ties in istorum impositione aliter non
fit expresse cautum; Et quod magis est,
præsertim Clerici, etiam post vacatū, per
promotionem ad Cardinalatum, vel alijs
diuissimum officium, easdem franchitias,
& exemptiones retinent, quod est nimiū
considerabile.

Quæstione cadente in duobus Cameræ
Rationatoribus, vel computistis prin-
cipalibus, quoniam licet sint officiales
38 camerales, non tamē sedent in Came-
ra; Atque ex obseruantia pendere vide-
tur decisio. Q

Non habebant antiquiori tempore
Clerici Cameræ locum in cappella Pon-
39 tifica, quem nunc habent, post eius-
dem cappella reformationem sub Ale-
xandro VII., cum eorum tamen dispi-
centia, dum ita decisa fuit quæstio, qua-
prius indecisa pendebat super præceden-
tia cum Auditoribus Rotæ.

Q. de hoc agitur tit. de Regal. disc. 48.




De Auditore Cameræ, eiusque Locumtenentibus.

S V M M A R I V M .

- 1 **D**e origine seu introductione huius officialis.
- 2 **E**s̄ Index omnium Prælatorum, ac etiam Cardinalium.
- 3 **I**n Curia es̄ Index in prima instantia, & habet cumulatiuam cum quibusdam alijs Magistratibus.
- 4 **S**ed priuatiuē es̄ exequitor obligationis in forma camerae, vel alterius pacti exequitui.
- 5 **E**xtra Curiam es̄ index appellationum generaliter in omnibus causis.
- 6 **S**ed nō procedit in causis prime instantie.
- 7 **Q**uas causas cognoscat etiam extra Curiam in prima instantia.
- 8 **E**s̄ exequitor literarum Apostolicarum & quomodo.
- 9 **E**s̄ etiam sententiarum exequitor, & quomodo.
- 10 **P**rocedit executiuē inter mercatores, & in omnibus casibus in quibus alter index ita procedere potest.
- 11 **R**ecipit appellationes interpositas ad Pam, omisso medio.
- 12 **Q**uos recursus recipiat a Baronibus, & alijs etiam in prima instantia.
- 13 **I**n quibus causis in Curia Auditor Cameræ se non ingerit.
- 14 **P**räsentim in causis beneficialibus, & quid in matrimonialibus.
- 15 **I**n quibus causis spiritualibus se non inge-
rat.
- 16 **E**t quid in causis Regularium.
- 17 **E**x quibus Tribunal constituatur.
- 18 **L**ocumtenentes cum ipso Auditori consti-
tuunt unum Tribunal, & de effectibus.
- 19 **A**dbuc tamen unus inhibet alteri, vel ab eo reassumit.
- 20 **S**ed unus non reuocat sententiam alterius.
- 21 **Q**uid ubi recusantur suspecti.
- 22 **D**istinguuntur Locumtenentes, ac etiam Auditor domesticus.
- 23 **D**e Congregatione criminali, quam tenet qualibet hebdomada.
- 24 **H**abet Notarios, & Barisellum cum familiâ armata.

- 25 **D**e expeditionibus quæ subscribuntur in albo.
- 26 **D**e monitoriis Auditoris Cameræ quid continant.
- 27 **D**e stylis, & facultatibus.
- 28 **D**e stylo citandi in domo habitationis, & quando debeant esse citationes personales.
- 29 **A**n, & quando adsit usus sportularum, seu propinarum.
- 30 **E**s̄ officium venale, & de eius valore, & quando vacet.
- 31 **E**tius iurisdictio durat vacante sede pa-
pali.
- 32 **D**e censuris quæ ab hoc Tribunal relaxari solent.
- 33 **D**e officiis laboribus Locumtenentium, & Auditoris domestici, ac de modo au-
diendi causas.

D I S C . XXXIV.



ra sedeat, dum in causis, & negotijs cameralibus, nullam habet iurisdictionem, vel participationem; Antiquum, autem est officium, dum de eo antiqui scriptores mentionem faciunt. B

Magna itaque est huius officialis au-
ctoritas, ac iurisdictio, adeo ut primus
2 Curiæ Prælatus censeatur, omnesque etiā Patriarchas præcedat, præter illum Præ-
latum, qui est Gubernator Vrbis, ex ea
prærogatiua, quod ille est Vicecamera-
rius; Siquidem hic Auditor est iudex
competens, & ordinarius omnium Præ-
latorum, etiam eorum qui Patriarchali,
Archiepiscopali, & Episcopali dignita-

A. supra disc. 14.

B. Geminian. consil. 149. Egid. Bellamer. dec.
196. 210. 305. & 508.

te præfulgeant, illis exceptis, qui ex pri-
uilegijs exemptionem habeant, atque
particularibus subsint Magistratibus vel
Iudicibus; Ut ex gr. sunt Prælati Camer-
ales, & Palatini; Immō etiam est iudex cō-
petens in causis Cardinalium, ut alibi in
iurisdictionali materia aduertitur. C

In Curia itaque, atque in eius ambitu
intra duas dietas, est iudex primæ instan-
tiæ in omnibus virtusque fori ecclesia-
sticis, & secularis causis, tam ciuilibus,
quam criminalibus, exceptis aliquibus, de
quibus infra, adeo ut cum Gubernatore, vel cum Vicario,
alijsque iudicibus ordinarijs, inter quos
propterea locus est præventioni.

In causis autem super exequitione
obligationis Cameralis, ipse habet priua-
4 tuā quoad omnes, ipseq; est in Vrbe uni-
cus huius obligationis exequitor, quan-
do Partium consensus, vel aliquod par-
ticulare priuilegium aliter non sua-
deat D; Ut etiam est iudex priuatiuē
vbi agatur de exequitione pactorum
exequitiuorum in eadem Vrbe. E

Extra Curiam vero, est iudex ordina-
rius appellationis in quibuscumque cau-
sis ecclesiasticis, & prophanicis, siue vtrius-
que principatus, pontificij, & tempora-
lis, à quibuscumque iudicibus, & Magi-
stratibus, pro regula generali; Aliquibus
casibus exceptis, in quibus iurisdictio-
nem non habet F; Ideoq; in causis extra
Curiam, in prima instantia dicitur lu-
dex incompetens, atque nulliter proce-
dit, nisi Partium consensus hunc defec-
tanet. G

Et nihilominus, adhuc aliqui haben-
tur causas, in quibus, etiam in prima in-
stantia, extra Curiam procedit; Puto in-
illis causis ciuilibus, in quibus Ordina-
rij locorum, vel non possunt esse iudices,
vel sunt recusabiles, quia nempe agatur
de interesse proprio, vel de illo mensa
Episcopalis, vel prælatitiae, cum tunc pas-
sim

C. tit. de iurisdict. disc. 80.

D. decif. 1. 56. & 75. post Zaccb. de obl. eam.
Buratt. dec. 462. & 537.

E. Buratt. dicta dec. 537. & 879.

F. dec. 36. in princ. par. 10. rec.

G. decif. 49. & 54. apud Postb. de subhaftat.
dec. 150. par. 4. rec. tom. 2. dec. 181. par.
10. & pluries.

sim causæ agantur in prima instantia in hoc Tribunali; Sive etiam in causis criminalibus ipsorummet Episcoporum, vel Ordinariorum.

Ac etiam in causis exequutionis literarum Apostolicarum, quarum ipse est exequitor generalis, quamvis etiam in litteris alij certi, & speciales exequutores deputati essent, quoties nullus eorum manus apposuit; Et præsertim, iuxta frequentiorem praxim, exequitor est illarum literarum in forma breuis, quæ dicuntur de capienda possessione nomine Cameræ; Aut illarum, quæ expediuntur super pensionibus ecclesiasticis.

Quamvis enim ubi non sit in ipsis literis deputatus exequitor, (vt pro frequenti styllo deputari solet) adeo ut in hoc se ingerat in vim suarum facultatum generalium, retroactis temporibus, de hoc dubitaretur, quasi quod ista exequatoria generalis, restricta esset intra duas dieas, extra vero requireretur commissio specialis; Attamen, ex facultatum ampliatione concessa per Gregor. XIV. & Clem. VIII & declaratione Vrbani VIII, ista dubietas sublata videtur. H licet varia sit opinio vel praxis signaturæ.

Prout etiam est exequitor omnium sententiarum, & rerum iudicatarum, aliorum iudicium, & Magistratum statutus ecclesiastici, non autem aliorum extra I; Et generaliter est exequitor omnium illarum obligationum, vel conventionum, quæ ex statutis, vel stylis particularibus, in partium seu contrahentiū locis processum exequitium habeant, dum ipse procedit exequitium in omnibus illis causis in quibus alter iudex procedere potest in Vrbe non autem extra L; Prout exequitium procedit in causis mercatorum Vrbis, dummodo inter mercatores hinc inde, adeo ut unus eorum non sufficiat si altera Pars sit diversi status. M

Appellatur quoque ad eum ab Ordinariis, omissio medio, eo modo quo ad

ipsum Papam, qui per se ipsum, vel per organum Signaturæ Iustitiae causas delegat Rotæ vel singulis Praelatis, dum in hac parte dicitur eiusdem Papæ iudex ordinarius appellationum, & recursuum; Vnde propterea derivauit aliquorum opinio, quod hic esset Auditor Papæ, qualis spectato effectu ita esse dicitur.

Quin immò respectu iudicium ordinariorum temporalium, & præsertim Baronum, ac domicolorum, recipit recursus eorum, qui præsertim in criminalibus coram eo se præsentent; Atq; ex inde inferri prætenditur quoq; ad subditos Episcoporum, aliorumque Ordinariorum ecclesiasticorum, quod tamen non videatur probabilem subsistentiam habere. N

Casus autem, in quibus haec ampla, & generalis eius iurisdictio coarctata est, plures sunt; Primò tempe, ubi agatur de causis cameralibus vtriusque fisci, pontificij, & temporalis, quæ in prima instantia pertinent ad Thesaurarium, vel ad Camerarium, & in secunda ad Cameram, aut respectiuè ad præfatos Thesaurarium, & Camerarium à sententijs Collectorum, deindeque in tertia ad Cameram.

Secundò in illis causis, quæ camerales, sicutem impropriè dici possunt, ob demandatam earum cognitionem aliquibus Præsidibus, & Magistratibus, qui Cameræ subordinati sunt, atque ad eam appellerunt, vt sunt Præsides, annonæ, grasciæ, dohanarum, riparum, viarum, & zecchæ; Ac etiam causæ retractuum seu ædificiorum Vrbis ad præscriptum Constitutionis Gregorij decimiertij, cum similibus.

Tertiò in illis causis, quæ habeant Iudices particulares, priuatè ad omnes alios; Vt (ex. gr.) sunt in Curia tres Basiliæ patriarchales, & tot aliae Ecclesiæ, vel loca pia, quæ habeant Protectores, cum plena iurisdictione ut infra; Ac etiā in

H. Buratt. dec. 909. Coccin. dec. 169. Volaterrana Canonicatus 27. Aprilis 1654. coram Albergato, Rojas dec. 315.

I. Coccin. dec. 776. in principio.

L. Dunozett. decis. 795. add. ad Buratt. dec. 462.

M. Gratian. discept. 569. dec. 170. post Zucch. de obl. cam. dec. 120. par. 5. rec. & sapius,

N. tit. de iurisdict. disc. 53.

in illis causis, in quibus Cardinalis Vicarius, vel Gubernator Vrbis, aut Senator, ex Constitutionibus, vel decreto Apostolicis, habeant priuatiam, tanquam per limitationem regulæ generalis, per quam intra Vrbem, & districtum datur inter hęc Tribunalia cumulativa, cum eadem præventione.

Quinto in causis beneficialibus, in quibus reputatur omnino incompetens, atque nulliter procedit; Quoties tamen dici merentur verè causæ beneficiales, quales dicuntur illæ, in quibus quæstio sit de titulo, ac pertinentia beneficij, inter plures prouulos; Secùs autem si inter patronos de iure præsentandi, vel inter collatores de iure conferendi, quamvis illi, qui ab eis præsentati, vel respectiuè prouisi fuerint, accessoriè pro eorum interesse sint in causa. O

Sextò, iuxta opinionem, cum qua per Signaturam procedi videatur, ubi agatur de causis matrimonialibus, quales propriè dicuntur illæ, in quibus agatur defodere matrimonij; Quin immò praxis docet, quod ubi etiam agatur de separatione thori, in Vrbe istam cognitionem priuatè habet Vicarius, extra vero, causæ committi solent in Rota.

Septimò illatiuè, ubi agitur de causis merè spiritualibus & ecclesiasticis, in quibus; Vbi agatur de negotijs Vrbis vel districtus, pariter priuatiam habet Vicarius; Vbi vero extrà, pertinent solum ad alias Sacras Congregationes; Puta in causis Fidei, sive in illis Rituum ecclesiasticorum, vel ecclesiasticæ Immunitatibus localis, ad præscriptum Constitutionis Gregorij decimognarti, quoniam in his causis se non ingerit Auditor Cameræ, qui tamen in gradu appellationis extra Curiam cognoscere solet in causis Immunitatibus realis, vel personalis.

Et demum, iuxta modernas declaraciones, sub Innocentio X., non se ingerit.

in illis causis priuatis, vel singularibus, Regularium, quas non congruit tractari,

O. Coccin. decis. 169. Gregor. & add. decis. 118. Bich. decis. 312. repetit. decis. 99. par. 10. rec. & sapius.

& audiri in Tribunalibus contentiosis, sed agi debent intra ipsam Religionem in forma sumaria, vt inter Regulares decet, atque non exirent Religionem, nisi apud Protestorem, vel apud S. Congregationem Regularium. P

Constitutum est istud Tribunal, ex ipso Auditore, tanquam eius capite, & ex tribus Locumtenentibus, duobus scilicet ciuilibus, & uno criminali, qui gerere

videntur eam figuram, quam gerit Vicarius Episcopi, dum constituant unum, & idem Tribunal; Adeo ut inter eos detur

quidem distributio causarum, quod scilicet, iudex criminalis non se ingerit in causis ciuilibus, et è conuerso Iudices ciuiiles non se ingerunt in criminalibus, unde propterea unus alteri inhibet Q. seu

vnus ab altero causas reassumit; Inesse.

Cu vero est vnus & idem Tribunal, unde propterea, unus non reuocat, neque circumscribit sententiam diffinitiuam alterius, per quam in ea causa consumpta dicitur iurisdictio totius Tribunalis.

Quando vero aliquis ex Locumtenentibus, vel ipse met Auditor Cameræ allegatur suspectus; Statute Curia styllo alibi insinuato R, vt etiam Iudices ordinarij sine allegatione, ac probatione causæ allegentur suspecti, re integra, & antequam legitimè consensum sit in iurisdictione;

Et tunc ipse met Auditor, aliud Iudicem particularem illius causæ deputare solet; Vnde propterea, multis huius Tribunalis causas, in prima, vel respectiuè in secunda, aut vltiori instantia, ciuiles tamen, tam ecclesiasticas, quam seculares agunt, & cognoscunt Praelati vtriusque Signaturæ Referendarij, qui in his, & in aliquibus causis commissarijs, se occupant, vltra functiones, quas agunt in vtraque Signatura Gratiae, & Iustitiae, et eorum aliqui in aliquibus Congregationibus vltima; Et quando Auditor Cameræ renuat admittere recusationem, aliumque deputare, vt etiā in recusationibus Notariorū sequi solet, tūc habetur recursus ad Prae-

P. Fagnan. in cap. de priore à num. 15. de appell. & habetur subtitul. de Regular. disc. 22.

Q. de bac imbibitione iudicis ciuilis, iudici criminali in hoc eodem Tribunali tit. de iurisd. disc. 79.

R. tit. de iudic. disc. 3.

Præfectum Signaturæ Iustitiæ, vel ad ipsam plenam Signaturam, ut id decidat.

Ex prefatis autem tribus Locumtenentibus, (qui licet sint tanquam Vicarij Auditoris, non tamen ab ipso, sed à Padiecte, & immediate eliguntur) Duo sunt Prælati habentes cognitionem causarum ciuilium vtriusque fori ecclesiastici & secularis; Tertius autem est simplex togatus, atq; habet cognitionem causarum criminalium, ideoque Locumtenens criminalis appellatur; Et ultra dictos duos Locumtenentes pro causis ciuibib; easdem causas cognoscit quoque per se ipsum; Verum ab aliquo tempore, ista cognitione haberi consuevit, per eius priuatum aulicum, seu domesticum Auditorum, coram quo cause disputantur in contradictorio, ac etiam tenentur audiencie, & sunt de cœta interloquutoria nomine ipsius Auditoris Cameræ, qui sententias, ac etiam mandata, aliasque expeditiones per se ipsum subscribit, Adeo ut iste Auditor, quasdam partes adiutoris, siue assessoris potius gerere videatur.

Pro cognitione causarum criminalium, in hoc Tribunali habetur idem stylus, qui supra insinuatus est in Tribunali Cardinalis Vicarij, quod scilicet qualiter feria secunda, in eius domo, (ipso præsidente) habetur Congregatio, in qua internuntiunt dictus Locumtenens criminalis, ac etiam aliqui eius substituti, præfatusq; eius Auditor domesticus (quod tamen non est uniforme) necnon Aduocatus Cameræ, & fisci, ac etiam Procurator generalis eiusdem Filii, qui fiscalis Vrbis per antonomasiæ appellatur, dum isti duo sunt vniuersales in omnibus Tribunalibus Vrbis, excepto foro Capitolino.

Habet item decem Notarios, quorum officium est venale & vacabile, notabilis valoris, scutorū circiter quindécim mille, magis, & minus, iuxta cuiuslibet officij, maiorem, vel minorem existimationem, seu auuamentum, & copiam scripturarum, eorumque singuli retinent substitutos & iuuenes, vt infra agendo de Notariis in genere aduertitur; Ac etiam habet familiam armatam cum suo Duce seu Barisello distinto ab illo Gubervatoris.

Ex huius autem Tribunalis stylo, ma-

gha fides in his Notarijs eorumque substitutis habetur, quod scilicet, tam ipse 25 Auditor, quam eius Locumtenentes ciuiles, plures subscribunt chartas, seu papyros in albo, in quibus postmodum Notarij, iuxta negotiorum contingentiam, in quacumque hora, absque necessitate adeundi Iudicem, concedant inhibitiones, & monitoria, ac etiam mandata exequitua, cum quandoque ita promptè occurrere oporteat.

Cumque inhibitiones, & monitoria extra Curiam, magis verò extra Statum ecclesiasticum, expediantur in charta de corio seu pergamena, Hinc apud ignarum vulgus, reputari solent Brevia Apostolica; litamq; simplicitate confouere solum aliqui Rabulæ forenses, ita extorquendo à correspondalibus ignaris illas summas, quæ erogari debent in expeditionibus Breuum, cum tamen eorum impenfa non importet nisi vnum scutum monetae.

Ac ulterius, cum huiusmodi monitoria dirigi soleant omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Legatis, Nuncijs, alijsq; Prælatis, & officialibus sue personis in ecclesiastica dignitate constitutis, Hinc aliam simplicitatem, & quandoque malitiam, praxis docet, quod scilicet in partibus aliquæ personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel aliquod ecclesiasticum officium habentes, ita se credendo Apostolicos Iudices & delegatos, tanquam tales, pro obseruantia corum, quæ in ipsis monitorijs contineantur, formalem causarum cognitionem assumunt, atque ad personalem, ac realem exequitionem procedunt, quinimmò etiam ad excommunicationem, aliasque censuras, absque imaginabili fundamento, cum huiusmodi monitoria, aliud non contineant, nisi simplicem citationem seu monitionem vnde propterea aduersus inobedientes seu contravenientes, alter non procedit, nisi idem Iudex, qui monitorium concessit, prævia eius reproductione, alijsque seruatis de iure seruandis, quatenus non comparentibus illis, qui moniti sint, procedendum sit in contumaciam; Isteque est unus de consuetis erroribus, qui committuntur in partibus, atque exinde frequenter grauia resultant inconvenientia, præter intentionem Tribunalis, dum in effectu ista monitoria, aliud non conti-

nent, nisi simplicem citationem. S

Plerisque stylis particulares habet hoc Tribunal, deuiantes à rigorosis regulis juris, ob eius amplas facultates concessas, 27 rationabiliter quidem, pro magis sumario, ac celeri processu, in causis præsertim exequituis, siue in concorrentibus commerciis, eiusque facilitatem, nec non circa purgationem attentatorū ac alia, de quibus incidenter in toto progressu materiæ Iudiciorum, ac etiā apud eos qui de huius Tribunalis praxi, ac stylis particulariter agere professi sunt. T

Præsertim verò huius Tribunalis stylus est admittendi citationes domi 28 missa copia, præter quam vbi de illa prima citatione agatur, in qua funderetur totus processus contumacialis, qui in Curia, per contradiccas dicitur, vt in sede Iudiciorum, in citationum rubrica aduertitur V; Quæstione cadente an quādo hic Auditor, vel aliquis ex eius Locumtenentibus procedat in vim alicuius commissionis Papæ, adhibere valeat eundem stylum, vel potius teneatur seruare alterum, quem seruant Rota, & omnes Iudices commissarij non admittendi nisi citationes personales. X

In hoc Tribunali, non habetur usus, vel abusus sportularum, seu propinarum, 29 etiam vbi agatur de sententijs diffinitiuis; Adhuc tamen idem abusus, ab eo nō omnino exulat, quoniam in plerisque casibus etiam practicatur, quando scilicet dici valeat, quod Iudex procedat tanquam commissarius seu delegatus Apostolicus, potius quam tanquam Ordinarius; Ut præsertim contingit, quando procedat tanquam exequitor literarum Apostolicarum, et sic vbi agitur de exequendis Breuibus de capienda possessione nomine Cameræ, siue alijs Breuibus, vel literis Apostolicis, vt pro frequentiori praxi sequitur in illis pensionum ecclesiasticarum.

Idem etiam seruatur in illis causis, in quibus Pontifex, per eius commissionem mandet cognitionem ipsi Auditori, cum

eius duobus Locumtenentibus ciuilibus, adeo ut tres propinas eorum singulis soluerent oporteat (quod etiā abusū redoleret) ac propterea ad hunc effectū, etiam in causis singularibus, cadere solent quæstiones, an, & quando per rescriptum Papæ directum Iudici ordinario, iste efficiatur delegatus. Y.

Istud officium est venale, quod magnū habet valorem scutorum quinquaginta sex mille auri stamparum, ratio ne emolumentorum, vt alibi agendo de huiusmodi officijs venalibus Curiae aduertitur; Illudque est vacabile per mortem naturalem, vel per promotionem ad Cardinalatum, cui nimirum proximus reputatur, atque ad illud assumi solet, unus ex Clericis Cameræ, vt in sede Regalium, magis distincte habetur. Z

Præfatis autem Locumtenentibus datur stipendium mensuorum scutorum quinquaginta, ex emolumentis Notariorum, ultra ea emolumenta, quæ proueniunt à propinis extraordinarijs, vtsu pra.

Cum autem sit Iudex ordinarius, idcirco eius iurisdictio, durat etiam sede 31 papali vacante, in qua cessat iurisdictio omnium aliorum tribunalium, & præsterit Rota & Iudicium commissariorum, ac etiam quiescunt Tribunalia Signaturæ Iustitiae, & Cameræ. A

Apud antiquiores liquet, quod maius istius officialis munus versaretur in proportione censurarum aduersus eos, qui Apostolicis mandatis non obedirent, seu debita non soluerent, aliaque adimplenda non implerent B; sed quoniam de hac materia censurarum, seu declaratoria rum, in iudiciorum sede agitur; C Idcirco ne idem plures repetatur, ibi de his videri poterit.

Penè autem incredibilis, peneque intolerabilis videtur continuus labor huiusmodi Locumtenentium ciuilium, ac etiam dicti Auditoris domestici, qui partes vniuersales ex Locumtenentibus quoque explere videtur, dum singulis diebus nō

P.z Relatio

B b fe-

S. Gregor. decif. 105. Buratt. decif. 109. Duran. dec. 146. & passim.

T. Salust. Tiber. & Ridolphin. in praxi.

V. tit. de Iudicij, disf. 9.

X. apud Peutinger. decif. 226. in fin. & dec.

247. in principio.

Y. tit. de iudic. disf. 3.

Z. tit. de Regal. disf. 2.

A. dec. 364. post Zacc. de obl. cam.

B. Vestr. & add. lib. 2. cap. 4.

C. tit. de iudic. disf. 40.

33 feriatis in honorem Dei , absque intermissione , atque sine praxi feriarum astiuarum , siue aliarum legalium , in contradictorio Aduocatorum , & Procuratorū Partium , cum bene regulato ordine listarum , ut quilibet sciat suum locum , ram de mane , quā de sero , audit causas duorum ex Notarijs Tribunalis , iuxta statutas dies inter eos distributas , in magno numero , adeōt casus quandoque p̄beat , vt vna die discutiantur quinquaginta , & ultra , causæ , inter quas plures grauiores esse solent ; Itaque informatio exulta ab eorum singulis , cum maiori labore , maioriisque applicationis necessitate tenetur audentia citationum , omnium Notariorum Tribunalis cum contradictorijs Procuratorum , vel sollicitatorum , eorumque magno strepitu , vnde quandoque casus p̄beat , vt in vna audentia , supra tercentum & quatuorcentum citationes legantur , super quibus est interloquendum , adeōt videatur opus penē impossibile humanis viribus ; Atque in feria quinta , in qua iste labor cessat , dum neque informatio nes , neque audentia habentur , Locum tenentes maiorem laborem , maiusque fastidium subire coguntur , dum interueniunt in plena Signatura iustitiae , reddituri rationem , de eorum decretis , & provisionibus , à quibus succumbentes appellent , vel recurrent , ita patiendo quemdam continuum sindicatum ; Atq; ex his provenit recta , & celer iustitiae administratio , & causarum expeditio , quæ ad proportionem magnarum Ciuitatum , magnorumque Tribunalium , est magna .



De Thesaurario Generali , eiusque Tribunali.

S V M M A R I V M

- 1 **D**e origine , & munere huius officialis .
- 2 *De eius facultatibus , & iurisdictione in Statu Ecclesiastico .*
- 3 *Habetur curam , & administrationem locorum montium , & de Congregacionibus , quibus praesidet .*
- 4 *De Auditore Thesaurarij .*
- 5 *De iurisdictione , & facultatibus extra Statum .*
- 6 *De usu sportularum seu propinarum .*
- 7 *Est officium venale , & quibus honoribus potiatur .*
- 8 *De eius vacacione , ac etiam de existimatione , & prerogatiis .*
- 9 *Procedit regulariter cum processu exequentiuo , & summario .*

D I S C. XXXV.



Neodem discurſu , qui in precedenti enunciatur , a gendo de Cardinali Camerario A , enunciatus est iste officialis , qui antiquiori tempore , facti potius , quam juris minister erat , idest custos ararij B , illam gerendo figuram , quam hodie facit in Urbe ille publicus , ac probatus campor , qui Cameræ Depositarius nuncupatur , vtpote retinens in eius banco pecunias Cameræ , seu fisci , depositas , & conseruatas , ad Papæ , eiusque officialium dispositionem ; Itaq; depositarius , idem Thesaurarij nomen quoque sortitur , cum adiecto secreti , ad differentiam huius Thesaurarij , qui generalis appellatur , vtpote index & superior omnium aliorum , qui eamdem nuncupationem habent , etiam per prouincias , in quibus , & præsertim in illis , Marchiæ , Aemiliæ , Vmbriæ , & Patrimonij , & in alijs , illi qui , siue sub titulo appaltus , siue sub altero administrationis , redditus , ac prouentus colligunt , idem Thesaurario .

rum

A. *supra disc. II.*

B. *Vestr. in praxi lib. 2. cap. 3.*